Thomae de eadem Zwchowce Zwchowski Venatoris Terrae Sanocensis fi-
lia Generosi Domini Andreae Kanski Consors legitima Cum eiusdem Mariti
Sui et Tutoris Conjugalis personaliter ... et utroneo ad infra-
scripta recognoscenda Consensu, Sana mente et corpore existens Terris
Dictorum Juribus Jurisdictionibusque Suis quibusdam propriis et competentibus
recedendo, Praesenti Seu Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo-
ad Actum hunc attinet, Se cum Juribus ac bonis Suis omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque Subjiciendo palam libere pu-
blice ac per expressum Recognovit. Quia ipsa Generosum Georgi-
um de eadem Zwchowce Zwchowski Tribunum Sanocensem Patruum
Suum germanum et Tutorem Naturalem eiusdem Generosae de Tutoria
et Tutella in bonis Suis paternis et Maternis gesta tum et de
rebus omnibus mobilibus et immobilibus quocunque nomine
vocitatis ac Sufficienti Calculatione ratione Administrationis
bonorum Suorum Mobilium et immobilium ob ... prae-
missorum ratione plenariam et Sufficientem Satisfactionem
quietat, emittit, liberumque et absolutum pronunciat Sibi
Suisque ... praemissorum ratione perpetuum imponendo Silentium.

Eadem eidem donat

Comparens personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosa Catherina Salomea de Zwchowce olim
Generosi Thomae de eadem Zwchowce Zwchowski Venatoris Terrae
Sanocensis filia Generosi Domini Andreae Kanski Consors legitima Cum eius-
dem Mariti Sui et Tutoris Conjugalis, atque Generosorum Alexandri
de Zwchowce Zwchowski et Petri de eadem Zwchowce Sterna-
nowski amicorum Suorum de linea paterna proximiorum personaliter
et utroneo ad infrascripta modo Consensu Sana mente et corpore
existens Terris Dictorum Juribus Jurisdictionibusque Suis quibusdam
propriis et Competentibus recedendo Praesenti Seu Jurisdictioni Castrensi Ca-
pitaneali Premisliensi quoad Actum hunc attinet Se cum Juribus
ac bonis Suis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque
Subjiciendo palam libere publice ac per expressum Recognovit
Quia ipsa bona Sua propria et legitima infrascripta totam

et integram

et integram villae Medietatem ac Sortes in villa Mokrzany et Staszo-
rowice in Pallatinatu Russiae Terra et Districtu Premislien iacen
et consisten quae et quanta post fata Parentum Suorum inter alios
Consanguineos Suos in se Sygnatum Iure divino et naturali ratione
devoluta et cessa sunt Cum Capitis et Praedijs ibidem Sitis ad dic-
tas Sortes Concernen spectan Cum omni Comparentium Iure Do-
minio et proprietate haereditate titulo haereditario omnibusque et sin-
gulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus
redditibus emolumentis, obventionibus, Agris Pratis Campis Syl-
vis nemoribus indaginibus, Rubetis Pascuis Stagnis piscinis
magnis et parvis fluvijs fluminibus Torrentibus Aquarum
decursibus, lacubus Paludibus, Molis Molendinis Tabernis
molendinis structuris aedificijsque quibusvis Subditis Cmeto-
nibus hortulanis Inquilinis Inquilinis, eorumque laboribus
Censibus Dationibus, Vecturis Muneris Officijsque quibusvis ad ti-
nendique et pertinen quomodolibet universis bonorum eorundem, Nullis penitus
exceptis vel exclusis, nec pro se Suisque Successoribus aut quopiam
alio reservatis Sed omnibus in genere et Singulis in spe-
cie comprehensis generaliter perspecien et econtra in nullo derogan
Verum ita late longe Circumferentialiterque prout praefatorum bono-
rum haereditas Se in Suis metis et limitibus ab antiquo
extendit et extenditur, et prout eadem bona ipsemet Sygnatus
tenuit habuit et possidebat, prout Concernebant ac eidem
Serviebant Iam ex nunc et de facto Generoso Georgio de Zu-
chowice Zuchowski Fratri Suo Condividen Patruo Sui Sygnati
germano eiusque Posteris dedit, Donavit inscripsit et resi-
gnavit, prout praesentibus dat, donat, ac titulo puro mero per-
petuo et irrevocabilis donationis inscribit et resignat per-
petuo. Nec non de omnibus generaliter Iuribus Inscriptionibus
Privilegijs literis granicierum alijsque quibusvis Iuribus
super eadem bona pro Sorte et Interesse Suo modo quovis
Servien in Persona praefati Generosi Georgij Zuchowski cessit

et condescendit prout praesentibus cedit et condescendit, omneque et integrum Ius Suum Sibi ad praemissa Serviens in Personam ejusdem totaliter et plenarie transfert transfundit et incorporat perpetuo In quae quidem bona praemissa donata eadem Nobilis, eidem Donatorio Suo ejusque Posteris, coram Officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem Corporalemque possessionem per Ministerialem quemcunque Competentem et Nobiles Viros die quacunque voluerit Officio acceptandam. Per ipsum Generosum Zwirchowsky Donatorium suum et suos Posteros hoc eadem bona praesentibus donata cum universis eorum Utilitatibus et emolumentis tenendi habendi, et possidendi Ideoque quiete et pacifice utifruendi ac ad Usus Suos Suorumque Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter Convertendi modo et titulo Donationis Debetque et tenebitur Supramemorata Nobilis prout Se ac Suos Successores in et super bonis suis quibuslibet omnibus Summisque quibuscunque praefato Donatorio Suo Generoso Zwirchowsky et eius Posteris inscribit et obligat praesentibus in dictis bonis donatis et ratione eorundem bonorum ab omni et quavis impetitione circa quarumcunque Personarum, Cujuscunque Conditionis Status et dignitatis existentium earundem per omnes Juridicos Terrestres prout ad quamlibet Personam Terrestrem Spectat et pertinet Descriptio in omni Judicio et Officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere, et eliberare indemnemque cum Posteris reddere Nec non eadem bona praesentibus donata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona donata modo quovis factis et faciendis, Tum etiam a quibus Vis Controversiis super eadem bona importatis et importandis Litibus denique et pluribus processibus Iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis bonis donatis productis et producendis emundare et eliberare mundaque et libera Semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus donatorum dum per Ministerialem et Nobiles Officio requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere et effectualiter dare et

admittere

admittere, dataq et admissa eadem possessione et usufructu praemisso:
rum quovis modo tam per se quam per suas quasvis Submissas et
Subordinatas Personas non impedire nec adimere, Ipsosq Donatarium
suum et eius Successores in dictis bonis donatis tam in toto quam
in quavis eorum parte non inquietari Ita ut eadem bona seu
donata idem Donatarius Suis Cum Posteris quiete et pacifice pos:
sidere Inscriptionis Donationis vigore tenere habere et possidere queat
perpetuis et diuturnis temporibus. Idq sub damnis Sententiis
simplici absq Corporali Juramento taxandis et edicendis perspectatam
Andream Kanska aut eius Posteros Memorato Donatario suo
eiusq Posteris ob non Completionem praemissorum omnium et singu:
lorum tam in parte quam in toto loco quovis opus fuerit ad sol:
vendi succumbendi Pro quibus quidem damnis Sententiis sim:
pliciter taxandis modo praemisso ad solvendi succumbendi acre
aliqua Poenam ex praemissis non Completa Complenda Citatus
exnunc Mratus Apris aut eius Posteri ad instantiam praefati nobilis
Grochowsky Donatarij sui vel eius Successorum ad Officium praesens
Castren Capitaneale Premislien ex tunc recognitio suspicio quae ad
Forum spectat mediante, item per primo Citationis termino tanquam
peremptorio Stare Juri parere, respondere, damna praedicta Sententia
luere Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne Judicatum pati debe:
bit et tenebitur seq ac suos Successores ad eadem omnia obligat, eun:
dem Terminum primum peremptorium et alios omnes ex eo consequentes
quentes tam eiusq Donatario semper peremptorios, vera Infirmitate
pro maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra
Regnum, Servitio Militari ad Munimenta, ad Victorem vel alijs
quibusvis Dillationibus, et legalibus impedimentis non diffe:
rendo adquietationem ultra Decimos Terminos Officij
praefati Castren Premislien Dillationem Sibi non recipiendo
nullasq Motiones appellationes, ac earum prosequutiones faciendo
ac Commissaria primis simplicibus Vel Duplicatis evasio:
nibus Suspensionibus, Fatalys Juris Poenis Sententia bello

conuentioneq[ue] a l[ite]ris q[uibu]sq[ue] omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo Hac præsenti Inscriptione ad Summas da omnia mediante.

Iaskmanicki Grochowskiemu donat

+

Comparens personaliter coram Officio actisq[ue] præsentibus Castrensibus Capitaneal[ibus] Premislien[sibus] Generosus Nicolaus Iaskmanicki de Iaskmanice olim Generosi Stanislai Iaskmanicki filius, sanus mente et corpore existens a Terrestribus et Castr[ensibus] Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et competen[tibus] Ac præsen[tis] Iurisdictioni Castren[sis] Capitan[ealis] Premislien[sis] quoad actum hunc attinet se cum suecumbens ac bonis suis q[ue] omnibus totaliter explenarie incorporan[s] atq[ue] dicto iure palam libere publice et per expressum Recognouit. Quia ipse nobili Generosa Anna de Grochowce olim Generosi Thomæ de eadem Grochowce Grochowski Venatoris Terræ Sanocen[sis] filia sui bene dilecta Conthorali Charissima proficuus ratihabitione Cauet ac se ipsum inscribit nomine bona Præfatæ Conthoralis suæ Propria et hæreditaria totam et integram medietatem ac Cortes in Villis Mohrzany et Szaszwowice in Pallatinatu Russiæ Terra et Districtu Præsen[ti] Premislien[si] iacen[tes] et Consisten[tes] quæ et quanta post Parentes ipsius inter alios consanguineos suos eandem concernunt Cum Curijs et Prædijs ibidem dictis Cum omni Dominio rum Iure Dominio et proprietate hæreditate haeredumq[ue] Cumq[ue] omnibus et singulis bonorum præfatorum Vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis obuentionibus Agris Pratis Campis Syluis nemoribus indaginibus Merictis Siluis Stagnis Piscinis magnis et parvis fluuijs fluminibus torrentibus aquarum decursibus lacubus Palladibus Riuis Riuulis Tabernis Molendinis Structuris aedificijsq[ue] quibusuis ibidem dictis Cmetonibus Hortulanis inquilinis eorumq[ue] laboribus